

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XXIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

pitudinem. *Noli assuefacere os tuum ad iurandum.* IIII. Iurandi futi-
 iuramentum. iuramentum, inuocatio veri Dei, qua petimus, vt sit testis nostri sermonis,
 & fallantes seuerè puniat. Species legitimi iurifurandi duæ sunt, cum
 videlicet, vel mandante magistratu vel cogente vocatione præstantur. Reli-
 qua, quæ priuata futilitate, sine necessaria causa, de re qualibet fiunt, et-
 iam si non accedat cupiditas nocendi alijs, tamen grauia peccata sunt, pro-
 hibita hac voce Christi, Sit sermo vester, est est, non non, Quod vero plus
 est, à malo est. Et periuria, ac omnem abusum nominis diuini certo diuini-
 tus puniri testatur secundum præceptum, Exod. 20. & noti sunt versiculi:

Ah miser & si quis primo periuria celat,
 Sera tamen taciens poena venit pedibus.

Noli obliuisci doctrinam patris tui. V. Repetit quartum præceptum.
 Præcipua autem parentum cura esse debet, vt veram de D E O doctrinam
 liberis vnà cum lacte nutricis instillent, sicut Ephes. 6. præcipitur: Educate
 liberos in doctrina & disciplina Domini. Iubet igitur doctrinam de D E O
 à parentibus traditam reuerenter amplecti, & velut normam in omnibus
 vitæ consilijs & actionibus sequi. Ac obediens promittit præmia. Sedebit
 inter Principes, id est, Deus collocabit te inter salutare gubernatores, &
 iuuabit ac reget consilia & actiones tuas, vt tibi & Reipublicæ sint saluta-
 res, sicut Iosèphum, Dauidem & alios prouexit. Inobediens verò seu stul-
 to contemnentem doctrinam à patre acceptam, tristissimas calamitates & ex-
 citium minatur. *Qui assuefacit se ad contumelias.* VI. De conuicijs, ca-
 lumnijs & obrectationibus contumeliosis, cap. 28. multas sententias co-
 ceruabit. *Secundo peccare nimium est.* VII. De iustitia vniuersali vi-
 tante omnia delicta & obediens D E O iuxta omnia ipsius mandata. Con-
 gruit cum dicto Esaïæ 1. Desinite male agere, & discite bene agere. *Qui
 assuat libidine est velut ignis ardens.* VIII. Reliqua tota pars capitis de
 vitandis libidinibus & colenda CASTITATE concionatur: Quam vir-
 tutem necessariam & expressa voce Dei mandatam esse scimus. Hæc est e-
 nim voluntas Dei, castitas nostra, vt abstinemus à scortatione, & vt vnus-
 quisque suum corpus vni coniugi castum & sanctum seruet. Ideo statim in
 Paradiso Deus coniugia distinxit à bestiarum commixtione vaga. Et hac
 voce: Erunt duo in carnem vnã .i. vnus mas & vna foemina inseparabili-
 ter iuncti, omnes vagas libidines prohibuit. & plurimis sententijs & exem-
 plis omnium temporum iram suam aduersus scortationem & adulteria de-
 clarauit. Est enim regula vniuersalis, Scortatores & Adulteros iudicabit
 Deus. & 1. Corinth. 6. Nolite errare, Scortatores, adulteri, molles, Sodo-
 mitæ, non possidebunt regnum Dei. Et cernit Deus omnia vindex. Hic to-
 ta doctrina de castitate & octo causis, cur casti pudoris decus singulari cu-
 ratuendum sit, ex sexti præcepti enarratione reperatur.

Caput XXIII.

*APIENTIA prædicat seipsam, & in cœtu populi
 celebrat se, Concionatur in ecclesia Dei, & in regno
 eius ebuccinat se. Ego, inquit, sermo sum Domini,*

Ccc 3

qui im-

Chut
 qui impendo instar nubium super totam terram. Meum tabernaculum est in excelsis, & mea sedes in nubibus. Ego sola ubiq; sum, quam late patet cælum, & quam profunda est abyssus, undiquaq; in mari, undiquaq; super terram, inter omnes populos, inter omnes gentes, Apud omnes illos habitationem quesivi, ut sedem alicubi inuenirem. Hic precipit mihi Creator omnium, & qui me creauit, habitationem mihi constituit. In Iacob, inquit, habitabis, & Israël erit hereditas tua. Ab initio ante orbem conditum creata sum, & in aeternum manebo, & ante eum in tabernaculo inueneriui, & postea in Zion certum locum naeta sum. Et posuit me in ciuitatem sanctam, ut in Ierusalem regnarem. Radices mea in populo glorioso, qui hereditas Domini est. Succreui in sublime, sicut Cedrus Libani, & sicut Cyparissus in montanis Hermon, incrementum meum sicut palma posita in irriguo, sicut planta roseti prolata in Hiericho, sicut oliua generosa in medio campo. Subinde creui, ut Ebenus, odorem suauissimum dedi sicut Cinamomum, & aromata preciosissima, sicut Myrrha electa, sicut Galbanum, Onychum, aut Myrrha, sicut odor Thuris in templo.

Extendo ramos meos in modum quercus, Rami mei pulchri & amœni, fragrantiam odoris optimi dedi, instar vitis. Et flores mei fructum proferebant honestum atq; uberrimum.

Venite ad me omnes qui concupiscitis me, saturamini ex fructibus meis. Mea conciones sunt dulciores melle, & dona mea dulciora fauo mellis. Qui comedit me, magis esuriet sapientiam, & qui de me bibit, sitiet me. Qui obedierit mihi, non pudebit, & qui me sequitur, innocens manebit.

Atq; hæc quidem sapientia, atq; hoc totum est liber fœderis facti cum Deo altissimo, nempe Lex sanctæ, quam Moyses commendauit domui Iacob, ut thesaurum, ex quo promanauit sapientia sicut fluius Phison, cum euagatur latissime, & sicut Tigris, cum inundat tempore verno. Ex hoc fluxit intellectus sicut Euphrates, cum alueum superat. Et sicut Iordanis in messe. Ex hoc erupit disciplina, sicut à tenebris lux, & sicut Nilus in Autumno. Non vixit homo qui perdidicerit aut exhausserit, nec unquam nascetur, qui omnia in eo penitus perscrutatus sit.

Senten-

Sententia eius opulentissima & inexhausta ut mare, & verba eius altiora abisso.

Ex me fluunt riuuli in hortos, sicut canalibus ducuntur aqua. Ibi rigantur horti mei, & largiter bibunt prata mea. Ibi mei riuuli excrescunt in torrentes, & flumina mea in lacus amplissimos. Nam mea doctrina tam late lucet, quam serenum mare, & radios spargit longissime. Deinde & mea doctrina effundit prophetiam, qua manet in aeternum. Ubi videtis, quod solum pro me non laboro, sed pro omnibus, qui afficiuntur sapientia.

Splendidum & dulcissimum Encomium est SAPIENTIAE de DEO in ecclesia populi Israël, certis ac illustribus testimonijs patefacta & propagata. Quae est ipsa Dei sapientia & voluntas aeterna, verbo expressa, & in lege ac euangelio reuelata: cum qua vult Deus nostras mentes, iudicia, consilia, voluntates, mores, actiones & vitam totam congruere. Diserte autem indicat Syracides se de sapientia reuelata, seu verbo Dei, quod in ecclesia praedicatur, & lucem verae agnitionis Dei & efficacem consolationem, iustitiam & vitam aeternam in auditoribus accendit, concionari. Et dulcissimis figuris ac similitudinibus, florentem ecclesiam & ministerium verbi diuini in populo Israël gloriosis testimonijs institutum, & inde in omnes gentes propagatum, depingit. Cedrus altissimae arboris genus est, proceritate abieti simile, folijs epresso, lignum odorum, leue & durabile habet. *κεδρελαια* etiam libri & aliae res illitae a tineis & caric non laeduntur. vnde prouerbium est de carminibus immortalitate dignis, digna Cedro. Libanus montes altissimos & summis verticibus niue perpetua candentes significat, qui Palaestinam a Phoenicia separant, & a Tyro ac Sidone versus ortum spacio fere 50. mill. porriguntur, a *ἱβ* candidus, alpes. Hermon pars Libani est versus meridiem attingens tribum Nephthalim, & terram Basan a Coelosyria dirimens. Est & in tribu Isaschar mons Hermon, ad cuius radices oppidum Nain, quod ab amoenitate & pulchritudine nomen habet, situm est. Palma arboris descriptionem ex Plinio lib. 13. cap. 4. studiosi repetant. Ego duas vidi Romae, sed steriles, alteram in monte Capitolino, prope domum Conservatorum, alteram ad Vincula Perri. Cades oppidum est monti impositum in tribu Nephthalim. Alia Cades est in deserto Zin, non procul ab vrbe Hebron versus meridiem, cuius in historia itineris Israëlitarum per desertum crebra mentio fit, Num. 13. 14. 16. 20. 21. Rosa in Hiericho, ad nos quoque in Germaniam adferuntur. Virgilius: Assyrium vulgo nascetur Amomum. Vt Ebenus. In Graeco est *Platanus*, cuius laxae ramorum trabes & tabulata, instar Tiliarum nostrarum, vmbrae causa praecipue expetita sunt, Plinius lib. 12. cap. 1. Ebenus nigrum lignum est, quod nunc Guaiacum & lignum sanctum vocant. Virgilius: Sola India nigrum Fert Ebenum. Herodotus vero, in *Iudaea*, etiam in Aethiopia sub Aegypto Ebenum nasci tradit.

Cinnamomum siue Canella est cortex arboris, quam Garzias de horto

Lusitanus, qui circiter 30. annos Goæ in India medicam artem exercuit, his verbis describit: Magnitudine oleam ferè æquat, multis ramis prædita, non ijs quidem contortis, sed rectis fermè folijs, lauri quidem colore, sed forma ad Citri folia accedente, floribus candidis, fructu nigro & rotundo, auellanae ferè magnitudine aut exiguis oliuis simili. Est autem Canella, nihil aliud nisi secundus & interior arboris cortex. nam hæc arbor duplici cortice munita est veluti suberis arbor, non eo tamen adeo crasso & distincto. Exemptus ergo cortex crasso illo & exteriori libro repurgatur: deinde in laminulas quadrangulas sectus humi abijcitur, atque ita per se conuoluitur, vt trunci vnus rami integer cortex videatur. Cum tamen duntaxat partes sint corticis in tubulos digiti crassitie conuolutæ, truncus vero interdum femoris crassitudine reperiatur. Roseum autem illum siue ex cinereo vinosum colorem solis calore contrahit: qui non probe paratus, candicans siue cinerei coloris fit, ninijs vero ardoribus solis adustus, niger. Exempto cortice, tribus postea annis ab ea arbore abstinetur.

Ementes igitur Ormuzi incolæ eam canellam à Chinesibus. Idcirco eam Darchim, quod Persis lignum Chinense sonat, appellarunt: deinde Alexandriam vehentes, vt eam Græcis eò confluentibus carius venderent, Cinnamomum vocarunt, quod significat lignum odoratum, quasi Amomum ex China delatum. Deteriori autem Canellæ, quæ scilicet ex Malauar & Iaoa delata esset, idem nomen quo in Iaoa appellatur, indiderunt, scilicet Cais manis, quod lingua Malaya, dulce lignum sonat (hanc corrupto vocabulo Cassiam Græci dixerunt) duo diuersa nomina eidem rei impo-
nentes.

Aromata, à ἄρωματι, conforto, corrobore. *Myrrha* electa, quæ statè alias nominatur, quòd sua sponte ex arbore Myrrha, non incisa, aut contrusa, profluat. Est enim Myrrha, nomen arboris, & lachrimæ. *Galbanum*, est liquor plantæ ferulaceæ in monte Amano nascentis. Dioscorid. lib. 3. cap. 79. *Onychium*, ὄνυξ seu Vnguis odoratus, est crusta conchylij Indici, spirans odorem Nardi, à similitudine vnguis humani sic appellata. *Thus* est nomen arboris, & distillantis ex ea lachrymæ candidæ, quæ incensa liquefcit, & odorem fragrantem spargit. Confert autem sapientiam seu doctrinam verbi diuini odoribus, quia bene fragrantem de Deo famam late spargit, & alios ad veri Dei agnitionem & celebrationem inuitat, ac vt florentis vitis aut rosæ odor, mirifice nos recreat & delectat, 2. Corinth. 2. Odorem notitiæ suæ spargit per nos in omni loco. Nam Christi bonus odor sumus, &c. Iohan. 15. Ego sum vitis, vos palmites. *Venite ad me*. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Esa. 55. Iohan. 4. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite. *Phison*. Vberratem & copiam doctrinæ aliarumque sapientiæ vtilitatum amplissimam & inexhaustam illustrat collatione quatuor amplissimorum fluminum Paradisi & Iordanis in messe exundantis. Phison, Indiae fluiuium Gangen, &c. esse scribunt. *Jordanis in messe*. Ios. 3. De Nili exundatione relegant studiosi primas paginas in Euterpe Herodoti.

Caput XXV.